



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

11. Maij. Qvinto Idvs Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

obitum multa pariter ad eius Tumbam contigerunt miracula: ita ut ægroti quiuis eam in fide & deuotione visitantes , sanitati pristinæ restituti fint.


11. Maij.

QVINTO IDVS MAII.

IN Cœnobio sancti Martini Laudunensis B.P.GVARINI Secundi eiusdem Ecclesiæ Abbatis Ordinis Præmonstratensis. Qui ex eiusdem domus Priore; Primus Viconiensi Cœnobio Abbas præfetus, illud magnâ sanctitatis laude rexit: posteà verò ad Laudunensem reuocatus Ecclesiam , eamdem comitante semper eum largâ Domini benedictione, per multos annos vitâ, verbo,& sollicitâ curâ gu-

H 3 ber.

bernauit: pastorali demum follici-
tudine gloriosus, ibidem sancto fi-
ne quieuit.



15. May.

IDIBVS MAII.

IN Viconia Transitus Beati IACO-
BI Nouitij Ordinis Præmonstra-
tensis. Qui necdum solemnibus
DEO votis adstrictus, & propter ex-
imiam animi puritatem iam cœlo
maturus; raptus est, ne malitia mu-
taret intellectum eius; consumma-
tusque in breui expleuit tempora
multa, placita enim erat DEO Ani-
ma illius. Cuius virginale corpuscu-
lum tribus ab obitu annis exhu-
matum, in virginitatis integerri-
mæ